

1502.

Eorumque gubernatum Clericis R. Cam. Apost. committit.

Quibuscumque non obstantibus.

vel eorum aliquod, eorumque incolas, & habitatores presentes, aut futuros, ac districtus, terminos, bona, jura, & res earumdem, aliquam jurisdictionem, superioritatem, gubernationem, arbitrium, aut aliam potestatem exercere, seu habere, nullatenus posse, ex simili scientia decernimus, & declaramus.

§. 3. Et nihilominus omnia, & singula Castra, loca, incolas, habitatores, districtus, territoria, loca, & res hujusmodi, regimini, gubernationi, Clericorum Camerae hujusmodi consilio, & scientia similibus specialiter expresse, & immediate subijcimus, & subiecta esse volumus, salvis tamen semper ordinariis introitibus predictae Camerae debitibus, ex quibus consueta onera, pro custodia Arcis dicti Castrum Cesarum persolvi volumus. Et insuper Collegio Clericorum hujusmodi eodem tenore committimus, & mandamus, quatenus omnia, & singula Castra, & loca, eorumque habitatores, bona, jura, & res predictas, sub eorum gubernio, & regimine hujusmodi recipiant, & habeant, & prudenter regant, atque gubernent, ac benigne pertractent, sub iustitiae libramine debito, faciendo praemissa omnia inviolabiliter observari, non permittentes ea, & eorum aliquod per Communitates praedictas, vel quascumque alias, cuiuscumque status, praeminentiae, dignitatis, auctoritatis, & conditionis existant, aliquatenus infringi, seu loca, Castra, & incolas, habitatores hujusmodi contra praesentium tenorem quomodolibet molestari. Contradictores quoslibet, & rebelles, per censuras Ecclesiasticas, & alia opportuna juris remedia, appellatione postposita compescendo.

§. 4. Non obstantibus praemissis, ac constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, necnon statutis, locorum municipalibus consuetudinibus, & praescriptionibus, quibusvis privilegiis, indultis, immunitatibus, exemptionibus, donationibus, alienationibus, concessionibus, dispositionibus, & literis tam per quoscumque Romanos Pontifices, quam per Nos, & Sedem Apostolicam, sub quibusvis verborum formis, & clausulis, etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque fortioribus, efficacioribus, & insolitis irritantibusque & aliis decretis, ac etiam Motu proprio, & simili scientia, ac de Apostolica potestatis plenitudine, & ex quibusvis etiam maximis, & urgentissimis causis, & necessitatibus, etiam de simili consilio, eisdem Communitatibus, Gubernatoribus, & personis, ac quibusvis aliis, communiter, vel divisim hactenus quomodolibet concessis, & factis, ac confirmatis, approbatis, & innovatis, nominatim, specialiter, & expresse, & in posterum forsitan concedendis, faciendis, confirmandis, approbandis, & innovandis. Quibus etiam pro illorum sufficienti derogatione, ac de illis totis tenoribus, specialibus, specifica, expressa, & individua, &c. ac de verbo ad verbum inferrentur, pro

sufficienter expressis habentes, quoad praemissa dumtaxat harum serie eadem scientia specialiter, & expresse derogamus, & illa nemini aliquo umquam tempore suffragari volumus, & decernimus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Dat. Romae apud S. Petrum, Anno Incarnationis Dominicae, 1502. 3. Kalen. Maii, Pontific. nostri Anno 10.

PIUS TERTIUS

PAPA CCXVII.

ANNO DOMINI MDIII.



Die 22. Septembris 1503. electus est in Summum Pontificem Franciscus Piccolomineus Cardinalis S. Eustachii, Senensis, qui ab Avunculo Pio II. Pius III. voluit nuncupari. Die Octobris prima Episcopalis Sacris initiatus, octava mensis ejusdem die Pontificali Thiaura redimitus est, ac novem post dies ulcere cruris, quo jamdiu laboraverat, (a) extinctus est, cum Pontificiam Sedem per mensem nondum tenuisset. Corpus ejus antea in Basilica S. Petri tumulatum ab Alexandro Peretto Cardinale de Monte Alto translatum fuit ad Ecclesiam S. Andreae de Valle vulgo dictam. Vacavit Sedes dies XIV.

(a) Volaterr. Lib. II.

JULIUS

1503.

Dat. P. An. die 29. Apr.

1503.

1503.

JULIUS SECUNDUS

PAPA CCXVIII.

ANNO DOMINI MDIII.



Die 1. Novembris anno 1503. Pio III. successor datur Julius Roboreus Savonensis S. R. Eccl. Presbiter Cardin. S. Petri ad Vincula Ostiensis Episcopus in Pontificatu Julius II. appellatus: qui Apostolicis infulis decoratus est die 26. mensis ejusdem. Sedit in Pontificatu Annos IX. Mens. III. dies XX. temporibus Maximiliani Regis Romanorum, & sex Promotionibus XXVII. Cardinales creavit. Obiit 21. Februarii anno 1513., & sepultus est in S. Petri ad Vincula. Vacavit Sedes dies XVIII.

Tom. III, Par. III.

I.

Contra Barones, & Communitates Status Ecclesiastici, eorum territoria non custodientes a Bannitis, furibus, & aliis delinquentibus.

JULIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

Dilectis filiis Baronibus, Domicellis, Communitatibus, & Universitatibus Terrarum, & Castrorum eorumdem, necnon aliis Civitatibus, & Universitatibus Oppidorum, & Terrarum S. R. E. mediate, vel immediate subiectis, Salutem & Apostolicam Benedictionem.

Quia nihil est, quod magis expediat nostrae Almae Urbis & Curiae, ac ceterorum subditorum S. R. E. quieti, & regimini, quam quod euntes, & redeuntes ad eandem, ac ceteras terras ejusdem S. R. E. secure, & libere, sine incurfione, offensione, & invasione latronum, furum, ac sicariorum, & aliorum male viventium stare, ire, & redire possint, & valeant, ac propterea tam de jure communi, quam ex specialibus ordinationibus fel. rec. Pauli II., & Sixti IV. nostri secundum carnem patris, ac Innocentii VIII. & Alexandri VI. praedecessorum nostrorum Romanorum Pontificum statutum fuerit, ut omnes Barones, & Domicelli, & Universitates Castrorum eorumdem, ac Civitates, & cetera terra, & oppida Sanctae Romanae Ecclesiae mediate, & immediate subiecti, & subiectae, eorum terras, & Oppida, Villas, & Territoria, quae cumque a dictis latronibus, sicariis, furibus, & aliis delinquentibus custodirent, & secura, ac libera facerent, alias ad emendationem omnium damnorum, & rerum subtractarum tenerentur, & obligarentur.

§. 1. Idcirco praedecessorum nostrorum vestigia insequentes, pro pace, & quiete dictae Urbis, & omnium Terrarum praedictarum, omniumque incolarum, & venientium ad easdem securitate, vobis omnibus, & vestrum cuilibet tenore praesentium expresse mandamus, ut vestras Terras, Communitates, Universitates, Villas, & Castra, ac Territoria omnia a praefatis viris facinorosis, latronibus, furibus, sicariis, & aliis delinquentibus a die intimationis praesentium earumdem, secura & libera teneatis, reservetis, & custodiat: quod si secus feceritis, tam poenas juris, quam alias poenas, & censuras a praedecessoribus nostris praedictis super his promulgatis ipso facto, vos & quemlibet vestrum incurrere decernimus, & declaramus.

§. 2. Mandantes insuper Venerabili Fratri Raphaeli Episcopo Albanen. Camerario nostro, ac dilectis filiis Clericis, & Praesidentibus Camerae Apostolicae, necnon Almae Urbis Senatori, & aliis Officialibus, Legatis, & Gubernatoribus Provin-

Antecessores Pontifices plura mandata fecerunt pro quiete status Ecclesiastici.

Ea renovans Julius, Territoria libera custodiri mandavit a furibus, sicariis &c.

Non custodientes ad damnum illati satisfactionem tenent jubet.

K k 2

vin-

vinciarum, Civitatum, Terrarum, & locorum ejusdem S. R. E. quatenus ad denunciationem & querelam eorum, qui invasi, spoliati, aut aliquid aliud damnum ab hujusmodi latronibus, furibus, & ficiariis passi fuerint, pro satisfactione eorum ad declarationem dictarum poenarum, & emendationem dictorum damnorum, juxta formam, & tenorem constitutionum prædictarum, & præsertim constitutionis, & ordinationis præfati Alexandri VI. prædecessoris nostri via executiva procedant, & procedere debeant, alioquin ubi requisiti fue rint, & illa exequi neglexerint, tam ipsos, quam vos, & vestrum quemlibet ad emendationem dictorum damnorum teneri volumus, decernimus, & declaramus, non obstantibus, quibuscumque.

Dor. P. An. 1.
8. Novemb.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum, die octava Novembris 1503. Pontificatus nostri Anno I.

I I.

Monasterium Cassinense Ordinis S. Benedicti, Congregationem Monachorum Sanctæ Juliane de Observantia ejusdem Ordinis unitur, & dictam Congregationem Cassinensem alias S. Juliane denominari precipitur, etq; privilegia omnia communicantur.

JULIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

Super cathedram Pastoralis præminentiæ dispositione divina, meritis licet insufficientibus confidentes pio, ac sancto desiderio cupimus efficere, ut Monasteria, & loca religiosa quæcumque per nostræ operationis diligentiam, gratia cooperante divina, salubriter dirigantur, & in eis regularis disciplinæ norma servetur, cultus divinus augeatur, caritas vigeat, humilitas perseveret, & omnis bene vivendi modus teneatur, ut æterna vitæ præmio valeant stabiliri feliciter.

Monasterium Cassinense, quod antea erat commendatum, hic modo Pontifex ad majoris regularis observantia profecta.

§.1. Sane Monasterio Cassinense, nullo medio ad Romanam Ecclesiam pertinente, Ordinis S. Benedicti nullius diocesis, quod dilectus filius noster Joannes S. Mariæ in Dominica Diaconus Cardinalis ex concessione, & dispensatione Apostolica in commendam nuper detinebat, commenda hujusmodi cessante, ex eo quod idem Joannes Cardinalis illi hodie in manibus nostris sponte, & libere cessit, nosque cessionem ipsam duximus admittendam, verum, & ultimum prædicti Monasterii vacationis modum, præsentem pro expresso habentes, ad provisionem super ipsius Monasterii regimine celerem & felicem, ne Monasterium ipsum longè vacationis exponatur incommodis, paternis studiis intendentes, post deliberationem,

quam desuper cum fratribus nostris habuimus diligentem, demum ad dilectos filios Monachos Congregationis S. Juliane de Padua prædicti Ordinis, sub regulari observantia viventes, direximus oculos mentis nostræ, sperantes, quod sicut Congregatio ipsa per universam Italiam per incrementa temporum, suos palmites dilatavit, sic ubique virtutum radiis jugiter crescat, si Monasterium ipsum eidem Congregationi perpetuo uniretur, annecteretur, incorporaretur, vigeretque in eo regularis observantia prædicti Ordinis Monasterium ipsum regulari observantia hæcenus destitutum (cum tamen caput omnium Monasteriorum prædicti Ordinis existat, & in eo corpus sanctissimi Benedicti multa cum veneratione conservetur) exinde votivæ reformationis susciperet incrementum, & eorumdem Monachorum exemplari vita nobis, tunc in minoribus constitutis eorum Protectore existentibus nota, & accepta, in temporalibus & spiritalibus speratæ prosperitatis successibus gratularetur, succederetque in ea divini cultus augmentum, cum incolarum, & habitatorum, ac omnium animarum salute.

Unit & annectit Congregationem S. Juliane de observantia.

§.2. Quibus omnibus debita meditatione pensatis Monasterium prædictum, sic ut præfertur, vacans cum illi annexis, ac omnibus juribus, & pertinentiis suis, eidem Congregationi per Abbatem temporalem juxta ejusdem Congregationis laudabiles ritus, & mores, ac regularia instituta ejusdem Ordinis, & eidem Congregationi per Sedem Apostolicam concessa privilegia, & indulta, perpetuis futuris temporibus duratura, ad instar aliorum Monasteriorum dicti Ordinis eidem Congregationi unitorum, annexorum, & incorporatorum, per Præfidentem Congregationis hujusmodi, & Definidores pro tempore existentes deputan, tenendum, regendum, & gubernandum, de eorumdem Fratrum nostrorum consilio, Apostolica auctoritate tenore præsentium perpetuo unimus, annectimus, & incorporamus, ac volumus, statuimus, & ordinamus illud de cetero dictæ Congregationis esse, ac juxta mores, & ritus, & iustitia prædicta perpetuo regi, & gubernari debere, licereque Præfidenti, & Definitoribus, ac Congregationi præfata, per se, vel alium, seu alios regiminis, & administrationis, ac bonorum omnium mobilium, & immobilium dicti Monasterii possessionem, vel quasi, propria auctoritate libere apprehendere, ac perpetuo retinere, ac illud, ut præfertur, regere, & gubernare, cujuscumque licentia super hoc minime requisita. Ac illos ex Monachis dicti Monasterii, qui sub dicta observantia vivere nollent, inde amovere, ac ipsi ad alia Monasteria dicti Ordinis ubi benevolos invenierint receptores, sese transferendi licentiam habeant, qui tamen beneficia Ecclesiastica, vel alia, unde vivere, aut donec dictos benevolos invenierint receptores, Monachalem portionem,

Congregationem Cassinensem S. Juliane vult appellari.

Firmis stantibus singulis privilegiis.

Obstantibus derogat.

Dat. die 12. Novembris 1503. An. I.

Ex regest. in Archiv. Vat.

Proemium.

Ex concessione Romanorum Pontificum Legatus Bononiensis ejusque Locumtenentes in rebus regimine huius Civitatis concernentibus concessimus Magistratus ejusdem requirere debent.

nem, & ex fructibus dicti Monasterii accipiunt.

§.3. Necnon Congregationem ipsam propter nomen & dignitatem Monasterii hujusmodi (quod aliorum Monasteriorum dicti Ordinis caput est, ut præfertur) de cetero Cassinensem Congregationem alias S. Juliane, nuncupari debere.

§.4. Omnibus tamen, & singulis privilegiis, & immunitatibus, & exemptionibus, concessionibus, & indultis hæcenus Congregationi S. Juliane hujusmodi concessis, in suo robore, & firmitate persistentibus, in omnibus, & per omnia, perinde ac si hujusmodi tituli mutatio, seu variatio, facta non esset, & hujusmodi privilegia a principio Congregationis Cassinensis, alias S. Juliane hujusmodi specialiter, & expressè concessa fuissent.

§.5. Non obstantibus constitutionibus & ordinationibus &c.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo tertio, decimo Kalen. Decembris, Pontific. nostri Anno primo.

I I I.

Confirmatio Capitulum circa regimen, & gubernationem Civitatis Bononiensis, per Legatos, & Governatorem exercen, editorum.

JULIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

Ad perpetuam rei memoriam.

ET si ex commissio nobis meritis licet imparibus Pastoralis officio teneamur circa singulos Christianos nostræ curæ commissos intendere, illorum tamen, qui nobis, & Romanæ Ecclesiæ immediate subiecti eorum fide, & eximia constantia promeruerunt, ut in præcipuos & peculiares filios ejusdem Romanæ Ecclesiæ recepti sub illius & Sedis Apostolicæ tutela existerent, cura propentius nos hortatur & urget, ut ea, quæ pro felici, pacifico, & concordii regimine ipsorum eis etiam per Prædecessores nostros Romanos Pontifices, & Sedem eandem concessa fuerunt, etiam munimine nostro roboremus, ut illa firmiter persistant, quo fuerint sepius Sedis ejusdem protectione circumfusa.

§.1. Dudum siquidem fel. rec. Nicolaus Papa Quintus Prædecessor noster dilectis filiis Communi & populo Civitatis nostræ Bononiensis pro eorum prospero, tranquillo, & felici regimine nonnulla privilegia, gratias, capitulaque concedens, & quasdam eorum petitiones admittens, inter alia voluit & ordinavit, quod ex tunc de cetero futuris temporibus omnia & singula regimen Civitatis prædictæ quomodolibet concernentia per Legatum sive Governatorem, & eorum Locumtenentes pro tempore cum consensu Magistratum deputatorum ad regimen dictæ Civitatis delibe-

rentur, & disponerentur, & deinde piame: Calixtus Tertius, & Pius secundus, ac Paulus etiam secundus, necnon Sixtus quartus, ac Innocentius octavus, & Alexander sextus Romani Pontifices Prædecessores nostri, præmissa eorum munimine roborarunt, prout in quibusdam supplicationibus sub capitulum forma eidem Nicolao Prædecessori nomine Antianorum, communis, & populi prædictorum exhibitis, & ipsius Nicolai Prædecessoris ad capitula hujusmodi responsionibus factis, ac publico instrumento super inde confecto manu quondam Petri de Nolefo ejusdem Nicolai Prædecessoris Secretarii, necnon Calixti, Pii, ac Pauli, Sixti, Innocentii, & Alexandri prædecessorum prædictorum literis Apostolicis, & ad Capitula exhibita pro parte eorumdem eidem Pio Prædecessori factis per dictum Pium Prædecessorem responsionibus manu quondam Georgii Lotii dicti Pii Prædecessoris annotatis, ac in regestris Camera apostolicæ registratis, quæ diligenter inspici fecimus, plenius continetur.

Oratores Bononiensis hujus legis vigore gesta, & nonnulla Capitula inde confecta confirmare petunt.

§.2. Cum autem sicut dilecti filii Magister Antonius Galeaz Bentivolus Clericus Bononiensis noster, & dictæ Sedis Notarius, & Joannes de Marfiliis, ac Hieronimus de Castro Sancti Petri Cives Bononienses, & Oratores Communis & Populi prædictorum ad nos, & Sedem prædictam specialiter destinati, post prælitam per eos nobis debitæ fidelitatis, & subjectionis obedientiam nobis nuper exposuerunt, quod Antiani, Commune, & populus præfati præmissa omnia, & quæ eorum vigore postmodum gesta fuerunt, deliderent pro eorum subsistentia firmiori nostræ approbationis munimine solidari.

Benigne sensit Julius.

§.3. Nos qui præfatum Communitatem & illius Cives nostros & ejusdem Romanæ Ecclesiæ filios peculiares ob sinceræ devotionis affectum ac fidei constantiam & integritatem, quibus nos & præfatum Ecclesiam reverentur, speciali dilectione prosequimur, & paternæ charitate contovemus, eorum in hac parte supplicationibus inclinati, præfatorumque Prædecessorum inherendo vestigiis, concessionem, gratias, ordinationes, privilegia, immunitates, capitula illa dumtaxat, quæ per Nicolaum, & Paulum cum additionibus in literis ejus desuper confectis contentis, ac alios Prædecessores prædictos signata & concessa fuerunt juxta concessiones & moderationes eorumdem Prædecessorum, ac omnia, quæ per bo. me. Angelum tituli S. Crucis in Hierusalem Presbyterum, Joannem Baptistam Sancti Nicolai in Carcere Tulliano Diaconum tunc dictæ Sedis Notarium, & Civitatis ejusdem Governatorem, ac per bo. me. Franciscum Sanctæ Mariæ Novæ etiam Diaconum Cardinales, ac nos tunc Episcopum Ostiensem, necnon dilectum filium nostrum Africanum Mariam Sancti Viti in macello Martyrum Diaconum S. R. E. Vicecancellarium, ac etiam bo. me. Joannem Sanctæ Mariæ in Via lata similiter Diaconum, & Bapti-

Baptistam titul' Sauctorum Joannis & Pauli Presbyterum Cardinales successively in Civitate praedicta ejusdem Sedis Legatos, & cujuscumque eorum pro tempore Locumtenentes, necnon Venerabilem fratrem nostrum Cesarem Episcopum Ameliensem nunc ejusdem Civitatis Apostolica auctoritate deputatum Governatorem, cum his, qui praeserunt officio sexdecim diebus Civitatis pro bono regimine ejusdem Civitatis gesta & facta sunt usque in hodiernum diem, dummodo non tendant in prejudicium Romanae Ecclesiae, & Ecclesiasticae libertatis, ac eorum, quae eidem Civitati per Sedem Apostolicam mandata fuissent, necnon omnia & singula privilegia, concessionem, & indulta a praedictis, & aliis Romanis Pontificibus Praedecessoribus nostris, ac Legatis, & Nunciis Apostolicae Sedis, & a quibuscumque aliis a praedicta Sede potestatem habentibus sub quacumque verborum forma concessa, & prout illa concernunt omnia, & singula in literis & scripturis desuper confectis contenta & inde secuta quaecumque in simile prejudicium non tendentia auctoritate Apostolica, & ex nostra certa scientia approbamus, & confirmamus, ac praesentis scripti patrocinio communimus, ac volumus observari, quamdiu Antiani, Commune, & populus praefati in nostri, & Romanae Ecclesiae obedientia & devotione nostris mandatis pro tempore parendo permanerint.

Supplet defectus.

Esque servati mandata.

Obstantibus derogat.

Dat. die 10. Nov. 1503. An. l.

Ex Collecta Anglica Regum.

Exordium.

Ecclesiis ob reverentiam divini Nominis, & ad Praesidium innocentium provida moderatione concessa fuerunt, malis ad peiora perpetranda audaciam non prebeant, sed illas taliter moderari, quod exinde, & Ecclesiis privilegia conserventur, & delinquentium effrenata temeritas compescatur.

Nonnulli Immunitate Ecclesiastica abutuntur in Anglia.

Nonnullis in rebus hanc immunitatem moderatur.

§ 1. Sane sicut accepimus in Regno, Angliae saepe numero contigit, quod rei, vel suspecti criminis laesa Majestatis, homicidia voluntarii, publici Latrones, ac itinerum, & publicarum viarum effracto- res, & insidiatores, ad loca Ecclesiastica tam secularia, quam regularia confugiunt, confidentes inde se propter immunitatem Ecclesiae concessam extrahi non posse, ac etiam postquam in locis praedictis sunt constituti, de novo etiam crimina, ac alia similia, vel peiora committere non verentur, inde exeuntes, & deinde pro eorum defensione, ne capiantur, ad dicta loca, vel alia quaecumque immunitate gaudentia se retrahentes.

§ 2. Nos igitur in praemissis debite providere volentes auctoritate Apostolica tenore praesentium statuimus, & ordinamus, quod deinceps quoties contigerit in dicto Regno hujus criminis laesa Majestatis Reos, vel suspectos ad dicta loca etiam quovis exemptionis privilegio munita confugere, quamvis de criminibus hujusmodi, aut eorum aliquo convicti non fuerint, custodes ad custodiendum illos in dictis locis, ne inde auferantur, deputari debeant, & si dicti criminis laesa Majestatis rei, vel suspecti, aut homicidia latrones, vel itinerum, & publicarum viarum effracto- res, seu insidiatores, in dictis locis moram trahentes, vel inde exeuntes, de novo praedicta crimina, vel eorum aliqua, aut deteriora, vel alia similia committere praesumpserint, vel inde recedentes ad praedicta, vel alia quaecumque loca, etiam quacumque immunitate gaudeant, confugerint, ab illis licite extrahi, & iustitiae committi possint.

Obstantibus derogat.

§ 3. Non obstantibus praemissis, ac bona memoriae Othonis, & Ottoboni olim in dicto Regno Apostolicae Sedis Legatorum, in Provincialibus quoque, & Synodalibus Conciliis editis generalibus, vel specialibus constituti onibus, & ordinationibus Apostolicis, & statutis, consuetudinibus Ecclesiarum, & locorum praedictorum, & etiam Ordinum, quorum illa fuerint, necnon ejusdem Regni juramento confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, privilegiis quoque, indultis, ac literis Apostolicis generalibus, vel specialibus etiam sub quibuscumque, censuris, & poenis Ecclesiasticis, ipsis Ecclesiis, & locis in genere, vel in specie, & sub quibusvis verborum formis, & clausulis etiam derogatoriis derogatoriis concessis, & concedendis impo- sitorum: quibus omnibus etiam de illis, eorumque totis tenoribus pro illorum sufficienti derogatione specialis, specifica, & expressa individua, ac de verbo ad verbum, non autem

autem per clausulas generales, id importantes mentio, seu quavis alia expressio habenda foret tenores hujusmodi pro sufficienter expressis habentes hac vice dumtaxat, specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Transumptorum Fides.

Dat. die 30. Maii 1504. An. l.

Simoniam damnabilis.

Quae propterea inicit electionem.

§ 4. Verum quia difficile foret praesentes literas ad singula quaeque loca in quibus expediens foret, deferri, volumus, & praefata auctoritate decernimus, quod illarum transumptis manu publici Notarii inde rogati subscriptione, & sigillo alicujus personae in Ecclesiastica dignitate constitutae, seu Curiae Ecclesiasticae munitis ea prorsus fides adhibeatur, quae praesentibus adhiberetur, si essent exhibitae, vel ostensa.

§ 5. Nulli ergo &c. Datum Romae apud S. Petrum, Anno Incarnationis Dominicae, millesimo quingentesimo quarto, tertio decimo Kalendas Junii, Pontificatus nostri anno primo.

V.

Damnatio Simoniacae electionis Summi Pontificis Romani, cum poenarum impositione in electum, eligentisque, & eorum complices.

JULIUS EPISCOPUS SERVUS SERVORUM DEI

Ad perpetuam rei memoriam. Cum tam divino, quam humano jure, in spiritualibus praecipue detestabiliter sit Simoniacae labe prohibita, & longe magis in electione Romani Pontificis Vicarii Jesu Christi D. N. abominabilis sit, & universalis Ecclesiae perniciosa.

§ 1. Nos qui regimini ejusdem universalis Ecclesiae meritis imparibus anuente Domino praesidemus, cupientes quantum cum Deo possumus in praemissis pro tanta rei necessitate ac periculi magnitudine ut tenemur in posterum salubriter providere, de Fratrum nostrorum Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalium consilio & unanimi consensu hac nostra perpetuo valitura constitutione, Apostolica auctoritate, & de potestatis nostrae plenitudine, statuimus, ordinamus, decernimus, & definimus, quod si, quod Deus pro sua clementia, & in omnes ineffabili bonitate avertat, contigerit, postquam nos, vel successores nostros successively, ipse Deus ab hujusmodi universalis Ecclesiae regimine absolverit; humani generis inimico procurante, & ambitione vel cupiditate ad hoc inclinante, seu aliquibus de cetero Cardinalium, quomodolibet votum dantibus per simoniacam heresim in dando, promittendo, vel recipiendo pecunias, bona cujusque generis, castra, officia, vel beneficia, seu promissiones, & obligationes commissam, per se, vel alium, seu alios quomodocumque, & qualitercumque, etiam in duarum partium, vel omnium Cardinalium unanimi concordia, quomodolibet, etiam per viam assumptionis unani-

miter, nemine discrepante, etiam sine scrupulo factae, celebrari, vel fieri; non solum hujusmodi electio, vel assumptio eo ipso nulla existat, & nullam eidem sic electo vel assumpto, administrandi in spiritualibus, & temporalibus facultatem tribuat, sed etiam contradicium sic electum, vel assumptum, de simoniaca labe, a quocumque Cardinali, qui eidem electioni interfuerit, opponi, & excipi possit, sicut de vera, & indubitata haeresi, ita quod a nullo pro Romano Pontifice habeatur, quinimo ipse sic electus a priori suo Cardinalatus, & alio quocumque honore, Ecclesiis Cathedralibus, etiam Metropolitanis, & Patriarchalibus, monasteriis, dignitatibus, & aliis quibuscumque beneficiis, & pensionibus, quae tunc obtinebat in titulum, vel in commendam, aut alias quomodocumque, eo ipso, absque alia declaratione, privatus existat: & idem electus, non Apostolicus, sed apostaticus, & tamquam simoniacus, & haereticus, & ad praedicta omnia, & singula perpetuo inhabilis habeatur, & sit.

Simoniacae autem electio non solum habendus non est pro Papa, sed privationem incurrit Cardinalitatis dignitatis, & omnium Beneficiorum.

Hec autem electio nec per adorati nec per confirmari valet.

Cardinalium facultas discedendi ab ejus obedientia.

§ 2. Nec hujusmodi simoniaca electio per subsequentem ipsius inthronizationem, seu temporis cursum, aut etiam omnium Cardinalium adorationem, seu obedientiam, ullo unquam tempore convalescat.

§ 3. Liceatque omnibus, & singulis Cardinalibus, etiam illis, qui huic simoniacae electioni, seu assumptioni consenserint, etiam post inthronizationem, & adorationem, seu obedientiam, ac etiam universo Clero, Populo Romano, necnon subditis, & Sancti Angeli de Urbe, ac quarumvis aliarum Romanae Ecclesiae arcium Praefectis, Castellanis, Capitaneis, & aliis officialibus quocumque homagio, seu juramento, vel cautione praestitis non obstantibus, a talis electi, etiam inthronizati, obedientia, & devotione, impune, & quomodocumque discedere (ipsis, fidei Romanae Ecclesiae, & obedientiae futuri Romani Pontificis canonice intrantis, nihilominus adstrictis permanentibus) & eum, ut magam, ethnicum, publicanum, & haereticum evitare.

Qui nec regimini Ecclesiae se immiscere possit.

§ 4. Ad cujus quoque confusionem, possint Cardinales, qui praefata electioni se opponere voluerint, si praesumpserint se regimini universalis Ecclesiae, praetextu talis electionis ingerere, auxilium brachii secularis contra eum implorare. Nec tales ab ejus obedientia discedentes, tamquam tunicae Domini scissores, aliqualem propter dictum discessum poenarum, seu censurarum ultioni subiaceant.

§ 5. Cardinales vero, qui eum sic simoniace elegerint, a suis ordinibus, & etiam Cardinalatus titulis, & honore, ac quibuscumque Patriarchalibus, Archiepiscopalibus, Episcopalibus, & aliis praeturalibus, ac dignitatibus, & beneficiis, quae in titulum, vel commendam tunc obtinebant, vel in quibus, seu ad quae jus tunc habebant, absque alia declaratione, privati existant, nisi ab illo penitus, & cum effectu discesserint, & reliquis Cardinali-

Simoniacae eligentium poenae.

dinalibus, qui hujusmodi simonia non consenserint, infra terminum octo dierum, postquam fuerint ab eis requisiti, personaliter, si fieri poterit, alias per edictum publicum, se absque fitione, vel fraude univerint, & conjunxerint. Et tunc si prefatis aliis Cardinalibus se univerint, & conjunxerint, in pristinum statum; & ad pristinos honores, & dignitates, etiam Cardinalatus, ac Ecclesias, & beneficia, quibus preerant, & quae obtinebant, reintegrati, rehabilitati, ac restituti, & repositi, ab hujusmodi simoniae lae, & censuris, ac poenis ecclesiasticis quibuscumque, absoluti eo ipso existant.

Complicium quoque parna.

§. 6. Mediatores vero, proxenetæ, trapezitæ, tam clerici, quam laici, cuiuscumque dignitatis, qualitatibus, & ordinis fuerint, etiam Patriarchali, Archiepiscopali, vel alia seculari, mundana sive Ecclesiastica dignitate praediti, etiam quorumcumque Regum, & Principum Oratores, vel Nuntii, hujus simoniae electionis participes, sint omnibus suis Ecclesiis, beneficiis, praelaturis, & feudis, ac aliis quibuscumque honoribus, & bonis, eo ipso privati, & ad similia inhabiles, ac etiam active, & passive intestabiles, & eorum bona ipso facto, ad instar reorum criminum lae majestatis, Fisco Apostolicae Sedis applicentur, & devolvantur, si praediti delinquentes Ecclesiastici fuerint, vel alias Romanae Ecclesiae subditi. Bona vero, & feuda taliter delinquentium, non subditorum secularium, in partibus existentia, Fisco secularis principis in cujus territorio bona sita fuerint, ipso facto similiter applicentur. Ita tamen, quod si infra tres menses, a die quo notum fuerit, illos simoniam commississe, vel participasse, Principes dicta bona fisco suo actualiter non applicaverint, ex tunc illa Fisco Ecclesiae Romanae applicata censeantur, & sint eo ipso, absque aliqua similiter declaratione.

Obligatio omnium simonicarum annullatio.

§. 7. Promissiones quoque, & obligationes, sive sponiones propterea quodcumque, etiam ante tempus dictae electionis, etiam extra personas Cardinalium, per quoscumque alios quomodocumque factae, cum quavis inexcogitabili solemnitate, & forma, etiam jurata, conditionales, sive eventuales, & in forma excommittarum, ex quacumque causa, etiam depositi, mutui, cambii, confessionis de receptis, donationis, arrendamenti, vel venditionis, permutationis, vel alterius cujuscumque contractus, etiam in ampliori forma Camerae Apostolicae factae, sint nullae, & invalidae, & ad agendum inefficaces, nullusque illarum vigore cogi, vel contrungi possit in iudicio, vel extra. Liceatque omnibus ab illis impune, absque aliquo metu, sive periurii nota, recedere.

Cardinales non complices Simoniae, alium Pont. eligere, & Concilium convocare possint.

§. 8. Et insuper liceat Cardinalibus, qui electioni praedictae simoniae non interfuerint, & a praefato sic electo discesserint, adhibitis secum aliis Cardinalibus, qui hujusmodi simoniae electioni consenserunt, & postea eisdem Cardinalibus in-

dicta simonia non complicitibus se univerint, si se cum eisdem unire voluerint, alioquin sine eis, ad alterius nihilominus Pontificis electionem, non expectata alia sententia declaratoria simoniaca electionis hujusmodi, eadem tamen praesente nostra constitutione semper in suo robore permanente, libere, alias tamen canonice devenire, & Concilium etiam generale indicere, & convocare in loco idoneo, prout eis videbitur expedire.

Clausula derogatoria.

§. 9. Non obstantibus constitutionibus & ordinationibus Apostolicis, & praecipue fel. rec. Alexandri Papae III. quae incipit, *Licet de vitanda discordia*, & aliorum Romanorum Pontificum praedecessorum nostrorum, etiam in Conciliis generalibus editis, ceterisque contrariis quibuscumque.

Cardinalium contravenientium excommunicatio.

§. 10. Inhibentes postremo omnibus, & singulis S. R. E. Cardinalibus, qui pro tempore erunt, & eorum sacro Collegio, ne Apostolica Sede vacante, praedictis contravenire, vel contra praemissa, vel aliquod praemissorum statuere, disponere, & ordinare, vel aliquo modo facere seu attentare praesumant, quocumque exposito colore vel causa, sub excommunicationis lae sententiae poena, quam ipso facto incurrant, & a qua non nisi per Romanum Pontificem canonice electum, absolvi possint, nisi in mortis articulo.

Decretum irritans.

§. 11. Decernentes ex nunc irritum, & inane, si secus super his, vel aliquo praemissorum, a quoquam, scienter vel ignoranter, etiam per nos, contigerit attentari.

Iussio publicandi hanc Bulam.

§. 12. Ut autem praesentis constitutionis, decreti, statuti, ordinationis, ac inhibitionis nostrae hujusmodi tenor, ac omnium notitiam deducatur, volumus praesentes literas nostras in valvis Basilicae Principis Apostolorum, necnon Cancellariae, ac acie Campi Florae affigi, nec aliam earumdem literarum publicationis solemnitatem requiri, aut expectari debere, sed hujusmodi affixionem pro solemnitate, & perpetuo robore sufficere.

Sanctio poenalis.

§. 13. Nulli ergo, &c.

D. P. An. 1. die 14. Jan.

Si quis autem, &c.
Datum Romae apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicae, millesimo quingentesimo quinto, decimo nono Kalendas Februarii, Pontificatus nostri Anno secundo.

VI.

Innovatio Constitutionum Bonifacii VIII. Alex. V. Pii II., & Innoc. VIII. contra provisos, ingerentes se in administrationibus beneficiorum, literis Apostolicis non expeditis. Et contra non solventes annatas Camerae Apostolicae.

JULIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

Bonif. VIII. iussu provisos in Curia se in Beneficiorum administratione non ingerere Literis non expeditis Extravag. 11. de Elect.

Romani Pontificis providentia circumsperta ad ea libenter intendit, per quae animarum periculis, Ecclesiarum, & Monasteriorum dispendiis obvium, Cameraeque Apostolicae, cui diversa impensarum onera, pro Ecclesiae Romanae statu conservando, quotidie incumbunt, indemnitati debite provideatur.

§. 1. Dudum quidem ad audientiam fel. record. Bonifacii VIII. & Alexandri V. Romanorum Pontificum praedecessorum nostrorum deducto, quod nonnulli ad Patriarchales, Metropolitanas, & Cathedralis Ecclesias, Monasteria, & Prioratus, tam regulares quam seculares promoti, seu quibus per eosdem praedecessores, seu Sedem Apostolicam, de dictis Ecclesiis, monasteriis, sive prioratibus, haecenus quomodolibet provisum fuerat; in expeditione literarum Apostolicarum super provisionibus hujusmodi negligentes existebant; quidam vero ex praedictis, quod deterius erat, absque hujusmodi literis, in sua salutis interitum, ad Ecclesias, monasteria, & prioratus hujusmodi, praeter, & contra stylum, & morem Romanae Curiae, laudabiliter observatos, ac etiam Apostolicas prohibitiones, accedere praesumpserant, ac Ecclesiarum, monasteriorum, vel prioratuum hujusmodi, regimini, gubernationi, & administrationi se etiam ingerebant, & immiscebant; ac ingerere, & immiscere damnabiliter praesumebant, iidem praedecessores cupientes hujusmodi damnis instantibus, & futuris remedium adhibere opportunum, videlicet idem Bonifacius praedecessor noster unam perpetuo valituram constitutionem, quae incipit, *Injuncta*, per quam inter alia sanxit, ut Episcopi, &c.

Alexander autem prius eisdem injunctis literis provisionem exprediret.

§. 2. Alexander vero praedecessor memoratus, ipsius Bonifacii praedecessoris inherendo vestigiis, ac de consilio tunc venerabilium fratrum suorum Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalium, auctoritate Apostolica, & ex ejus certa scientia, aliam, quae incipit, *Ex injuncto*, edidit constitutionem, per quam etiam inter alia statuit & decrevit, quod omnes, & singuli Patriarchae, Archiepiscopi, Episcopi, Electi, Administratores, Commendatarii, Abbates, & Priores hujusmodi, quibus per eum auctoritate Apostolica haecenus de aliqua Patriarchali, Metropolitana, vel Episcopali, Ecclesiis, vel Monasteriis,

seu de Prioratibus conventualibus, etiam in administrationem, vel commendam, provisum extitisset, & eorum literas usque ad totalem expeditionem, & receptionem earumdem literarum inclusive, expediri non fecissent, sub poena privationis Ecclesiarum, monasteriorum, & prioratuum hujusmodi, & omnis juris ex provisionibus praedictis quomodolibet acquisiti (quam quemlibet negligentem incurrere voluit eo ipso, & quod Ecclesias, & monasteria, ac prioratus negligentium praemissa ad effectum perducere, ex ea die, prout ex tunc praefata auctoritate vacare, & Apostolicae Sedis dispositioni specialiter reservata fore, decrevit, & declaravit) tenerentur, & deberent literas hujusmodi, super provisionibus ipsis per se vel alios, usque ad praefatam earum totalem expeditionem, ac receptionem, ut praemittitur inclusive, expediri fecisse, infra annum a data provisionis factae, continue computandum. Illi vero, quibus provideri contingeret quomodolibet in futurum, de Ecclesiis, monasteriis, aut prioratibus hujusmodi, seu aliquo eorumdem, sub poena simili, quam ut praefatur, incurrerent, etiam infra annum a die provisionis faciendae continuo computandum, similiter tenerentur, & deberent literas ipsas etiam usque ad praedictam totalem expeditionem, & receptionem inclusive, expediri fecisse. Et interim sub eadem poena per se, vel alios, absque literis provisionis in forma, de regimine, gubernatione, seu administratione, vel quasi, Ecclesiarum, Monasteriorum Prioratuumque praedictorum, vel alicujus eorum, seu bonorum eorumdem, in spiritualibus, vel temporalibus, nullatenus se ingerere, vel aliter se immiscere, aut super his, vel eorum aliquo, seu dependentibus, vel connexis, jurisdictionem aliquam quomodolibet exercere praesumerent, ceterisque poenis contra praedictos, a jure, vel ab homine, etiam ratione negligentiae muneris consecrationis, vel benedictionis non suscepti, statutis, inflictis, & aliis in suo robore permanentibus, irritum, & inane, ceteri ex ea die, si secus vel aliter, super his, a quoquam quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter, in posterum contingeret attentari quomodolibet.

Aliae poenae sunt Pius contra non solventes Annatas Collectoribus Camerae Apostolicae.

§. 3. Successive vero recolendae memoriae Pius Papa Secundus etiam praedecessor noster, cupiens tam saluti animarum, quam ipsius Camerae Apostolicae indemnitati salubriter providere, ac existimans eos, quos in dicta Camera deinceps pro annata beneficiorum per eos auctoritate Apostolica assecutorum, obligari contingeret, infra terminos eis constitutos, omnino Camerae praedictae satisfacturos, si ultra sententiam excommunicationis, quam non satisfaciendo in termino sibi praefixo, ipso facto incurrerent aliqua per eum illis poena fortior infligeretur, praemissis, ac certis aliis rationabilibus causis animi suum moventibus, per quamdam constitutionem suam, quae incipit, *Romani*

mani Pontificis, perpetuo providit, & eadem auctoritate Apostolica statuit, & ordinavit, ac decrevit, & declaravit, quod omnes, & singulæ obligationes, quæ ex illa die, super annatis quorumcumque beneficiorum in dicta Camera recipiantur, intelligerentur, quod obligati pro se, si infra eis præfixos terminos, Camera Collectoribus in partibus pro tempore existentibus, satisfacere defecissent, tam ipso facto, lapso eodem termino, sententiam excommunicationis incurrerent, quam beneficiis suis, pro quibus in dicta Camera se obligassent, omnino essent, & conferrentur privati; illi vero, qui non pro se, sed pro aliis, ut principales, & privata personæ, super hujusmodi annatis se obligarent, ultra incidentiam excommunicationis sententia prædicta, si in termino constituto dictæ Camere, vel Collectoribus non solvissent, ipso facto suis omnibus, quæ obtinerent beneficiis, similiter intelligerentur esse privati, atque talium beneficia possent in eventum prædictum pro quoscumque libere, & licite impetrari.

Aliam Const. edidit quoque Innoc. VIII.

Hujusmodi Constitutiones innovat Pius quoad præterita, quo vero ad præsentia, & futura moderatur.

Provisos, si in hac Constitutione terminum Literas expedierint, Annatasque solverint, a pœnis contra eos in præfatis Constitutionibus latis solvit.

§. 4. Dehinc sel. rec. Innocentius Papa Octavus similiter prædecessor noster per quamdam suam constitutionem, quæ incipit, Camere Apostolicæ.

§. 5. Nos igitur cupientes ne provisiones, concessionem, & gratiæ Apostolicæ Sedis, & præcipue quæ a nobis emanarunt, & pro tempore emanabunt, diu maneat in suspensio, sed perfecte ad actum, juxta Apostolicas constitutiones, deducantur, & ne Ecclesiarum, monasteriorum, & prædictarum dignitatum Ecclesiasticarum, Prelati, seu Commendatarii, & Administratores, absque titulo, & literis Apostolicis, in animarum suarum periculum, regimini, & administrationi eorumdem se ingerere, aut alias illis immiscere presument, ac ne Camere Apostolicæ redditus minuatur, sed damnis ejusdem obvietur, in præmissis omnibus providere, prædictorum prædecessorum nostrorum inherendo vestigiis, motu proprio, & ex certa scientia, constitutiones præfatas, earum quamlibet innovantes, præfati constitutionis perpetuo valitura declaramus, decernimus, statuimus, & ordinamus, quod constitutiones Bonifacii, Alexandri, Pii, & Innocentii prædecessorum nostrorum hujusmodi, etiam quoad pœnas, & censuras, etiam privationis in eis expressas, quoad futura, in omnibus, & per omnia, juxta illarum tenores, qui omnes inviolabiliter perpetuis futuris temporibus observentur, quo vero ad præsentia, & præterita, constitutiones, & ordinationes easdem moderaturam sub hac forma, videlicet, quod quoad Patriarchas, Archiepiscopos, Episcopos, electos, Administratores, Commendatarios, Abbates, Priores, & alios quoscumque, quibus auctoritate Apostolica de Patriarchali, Metropolitana, vel Cathedrali Ecclesiis, aut monasteriis, seu prioratibus conventualibus, etiam in administrationem, vel commendam, hæcenus provisum extitit, & super his literas

usque ad totalem expeditionem, & receptionem earumdem expediri, infra terminum in constitutione Alexandri prædecessoris hujusmodi præfixum, non fecerunt, vel etiam sine literis confirmationis, provisionis, vel commendæ, consecrationis, & benedictionis, Ecclesiarum, Monasteriorum, vel prioratuum administrationem acceperunt, & illi incumbunt, vel etiam quoad illos, qui pro annatis quorumcumque beneficiorum, in dicta Camera Apostolica, se pro seipsis, vel aliis, infra certum tempus, pro solutione obligaverunt, & statutis terminis non solverunt, ac propterea sententias, & pœnas in præmissis constitutionibus, & obligationibus contentas incurrerunt; si citra montes, infra quatuor, si ultra montes, infra octo menses, a die publicationis præsentium in Cancellaria Apostolica, & computandos, literas hujusmodi totaliter expedierint, & ad se receperint, & de his que debent, Camere prædictæ satisfecerint: ex tunc (dum tamen pro provisiones, collationes, seu alias quaslibet dispositiones de Ecclesiis, Monasteriis, Prioratibus, dignitatibus, & beneficiis prædictis, a prædicta Sede Apostolica, vel alias a quocumque, vel quomodocumque factas, non sit alteri, ante datam hujusmodi constitutionis nostre, jus quæsitum) eo ipso ab excommunicationis sententia, & aliis pœnis, quibus per prædictas constitutiones, vel obligationes respective obligati essent, absoluti, & ad beneficia quibus propterea privati essent, plenarie restituti, auctoritate nostra censentur, perinde ac si præmissa omnia, & singula in ipsis constitutionibus contenta observassent, & pœnas præfatas non incurrissent.

Eos vero, qui ultra dictum terminum annatas non solverint, Beneficiorum privationi subiacent.

§. 6. Quod si prædictas literas non expedierint, & illis constitutionibus non paruerint, vel in terminis ipsis non solverint, pœnas prædictas, etiam privationis, eo ipso incurrisse se noverint, quos etiam tenore præfatis constitutionis, expresse pœnis, & censuris ejusdem innodamus, & privatos declaramus. Et insuper eadem auctoritate Apostolica statuimus, & ordinamus, quod illi, quos annatis hujusmodi, dictæ Camere teneri constiterit, etiam si alias illas solvere nullatenus promississent, seu ad illarum solutionem non aliter se specialiter obligassent, si literas hæcenus desuper Apostolicas aliqua machinatione, vel fraude adhibitis, solutione annatæ, vel obligatione in eadem Camera minime facta, recepissent (dum tamen beneficia ipsa fuissent, seu fuerint quomodolibet realiter assecuti) ad solutionem annatæ, & jurium prædictorum, efficaciter teneantur. Et nisi infra quatuor menses, si citramontani: & octo menses si ultramontani fuerint, a die publicationis præsentium in Cancellaria Apostolica computandos, de annata debita satisfecerint dictæ Camere Apostolicæ, vel ejus collectoribus, de qua solutione appareat per instrumentum publicum, lapso dicto termino, beneficiis, pro quibus de annata solvenda tenentur, omni-

Causæ hujus indultæ.

omnino sint, & intelligantur eo ipso privati.

Decretum irritans.

§. 7. Et sic in omnibus, & singulis præmissis, etiam per quoscumque iudices etiam S. R. E. Cardinales, & Palatii Apostolici Auditores, & alios, in Romana Curia, vel extra eam, in causis, in quavis instantia, etiam per appellationem, vel alio quovis modo, quomodocumque, & qualitercumque pendentibus, judicari debere, ac irritum, & inane quicquid secus super his a quoquam, quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter, contigerit attentari, perpetuo decernimus, & declaramus.

Clausulæ derogatorie.

§. 8. Non obstantibus omnibus, quæ iidem prædecessores in præfatis suis constitutionibus voluerunt non obstare, ceterisque contrariis quibuscumque. Ut autem hæc innovatio, statutum, voluntas, decretum, & ordinatio, ac declaratio nostra, ad omnium, & singulorum notitiam deducantur, nullusque possit deinceps aliquam excusationem prætere, aut ignorantiam allegare, utque perpetuo firma, & illibata permanent, auctoritate, & tenore prædictis volumus, & mandamus, ut in valuis nostre Cancellariæ tribus vicibus, diversisque diebus, dum ipsa Cancellaria tenebitur, & donec durabit, per aliquem ex Cursoribus nostris affigantur, & teneantur, exindeque in libris Cancellariæ Apostolicæ, ubi similia describi, & registrari consueverunt, per officiales Camere prædictæ, ad quos pertinet, ad perpetuam rei memoriam describantur, & registrentur.

Mandatum publicationis.

Datum Romæ, apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicæ, millesimo quingentesimo quinto, quinto Kalendas Augusti, Pontificatus nostri Anno II.

Dat. P. A. 2. die 28. Julii.

V I I.

Privilegiorum Congregationis Monachorum B. Mariæ Montis Oliveti, Ordinis S. Benedicti, deputandi Judices Conservatores bonorum, & personarum ipsius Congregationis, eorumque Conservatorum ampla jurisdictione.

In quamplurimis tamen attendendum. Concil. Trid. Sess. 24. cap. 3.

JULIUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI.

Venerabilibus Fratribus, Patriarchæ Aquilejensi, Neapolitanæ, Mediolanensi, Florentinæ, Senensi, Archiepiscopis, Bononiensi, ac Eugubiniensi, Episcopis, Salutem, & Apostolicam Benedictionem.

Exordium.

Militanti Ecclesiæ licet immeriti, disponente Domino Præsidentes, circa curam Ecclesiarum, & Monasteriorum omnium tolerantiam reddimus indefessam solliciti, ut juxta debitum pastoralis officii eorum occurramus dispensis, & profectibus divina cooperante clementia salubriter intendamus.

Tom. III. Par. III.

§. 1. Sane, dilectorum filiorum, Abbatum Generalis, & Conventus Monasterii Sanctæ Mariæ in Ancona, Ordinis S. Benedicti, Pientinæ Diocesis, & Visitationis Congregationis Montis Oliveti nuncupati, & aliorum Abbatum, Priorum, & Conventuum, Monasteriorum, & Prioratuum præfati Ordinis, & Congregationis ejusdem consuetudinem percepimus, quod nonnulli Archiepiscopi, Episcopi, alique Ecclesiarum Prælati, & Clerici, ac Ecclesiasticæ personæ, tam religiosæ, quam sæculares, necnon Duces, Marchiones, Comites, Barones, Nobiles, Milites, Laici, Communia Civitatum, universales oppidorum, Castrorum, Villarum, & aliorum locorum, ac singulares personæ Civitatum, & Diocesium, ac aliarum partium diversarum, occuparunt, & occupari fecerunt castra, villas, & alia loca, terras, domos, possessiones, jura, jurisdictiones, necnon census, fructus, redditus, & proventus, dicti, & aliorum monasteriorum, religiosorum locorum, seu membrorum, & aliorum beneficiorum ecclesiasticorum monasteriis, prioratibus, & locis dicti Ordinis illius Congregationi acquisitorum, seu alias annexorum, ac illis subditorum, & ab illis dependentium: ac nonnulla alia bona mobilia, & immobilia spiritalia, & temporalia, ad Abbates, Priores, Conventus, & Congregationem prædictos: necnon commissos, vel oblatos, & oblatas, vel commissas, Congregationi, & membris præfatis, seu sua bona dantes, spectantia, & ea detinent indebite occupata, seu ea detinentibus præstant auxilium, consilium, vel favorem; nonnulli etiam Civitatum, & Diocesium, ac partium prædictarum, qui nomen Domini in vanum recipere non formidant, eidem Abbatibus, Prioribus, Conventibus, Congregationi, commissis, seu oblatos super prædictis castris, villis, locis aliis, terris, domibus, possessionibus, jurisdictionibus, fructibus, censibus, redditibus, & proventibus eorumdem, & quibuscumque aliis bonis mobilibus, & immobilibus, spiritalibus, & temporalibus, ac aliis rebus ad Monasteria, Prioratus, loca, membra, & beneficia, ac Abbates, Conventus, Congregationem, commissos, seu oblatos, commissas, vel oblatas hujusmodi spectantibus, multipliciter molestias, & injurias inferunt, ac jacturas. Quare Generalis, Visitatores, & alii Abbates, Priores, & Conventus, ac Congregatio præfati nobis humiliter supplicarunt, ut cum eis valde difficile reddatur, pro singulis querelis ad Apostolicam Sedem habere recursum, providere ipsis super hoc paternam diligentiam curaremus.

Facultas, & justitiam Conservatorum Ordinis.

§. 2. Nos igitur adversus occupatores, detentores, præsumptores, molestatores, injuriatores hujusmodi, illo volentes eidem Abbatibus, Prioribus, Conventibus, & Congregationi remedio subvenire, per quod ipsorum compescatur temeritas, & aliis aditus committendi familia præcludatur, fraternitati vestræ per Apostolicam

L12 scrip.